A2 Latin Unseen Verse (OVID) Past Paper: Edexcel Past Paper (Ceres cures Triptolemus)

2. *The goddess Ceres, invited by Metanira's husband into his house, cures his sick child, Triptolemus, and tries to make him immortal.*

Limen ut intravit, *luctus* videt omnia plena;
iam spes in puero nulla salutis erat.
matre salutata (mater Metanira vocatur),
iungere *dignata est os puerile* suo.
pallor abit, subitasque vident in corpore vires;
tantus caelesti venit ab ore vigor.
noctis erat medium placidique silentia somni:
Triptolemum *gremio* sustulit illa suo,
terque manu *permulsit* eum, tria carmina dixit,
carmina mortali non *referenda* sono.
inque *foco* corpus pueri vivente *favilla*
obruit, humanum purget ut ignis onus.
excutitur somno stulte pia mater, et amens
'quid facis?' exclamat, membraque ab igne rapit.

OVID, *Fasti* IV, 537-542, 549-556.

luctus, -us (m), grief
dignari (deponent verb), here = to decide
os puerile = *os pueri*
gremium, -i (n), lap
permulceo, -ere, permulsi, permulsum, to stroke
referre, to repeat
focus, -i (m), hearth
favilla, -ae (f), ash

(50 marks)